



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo

Zype, Frans van den
Antverpiæ, M. DC. XLV.

De celebratione Missarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73071)

De celebratione missarum.

RESPONSVM I.

De modo rem diuinam peragendi.

Quæsitum est de statutis ecclesiæ collegiatae circa rem diuinam peragendam à Dicoesano recognitis, mutatis, emendatis, longum esset singula referre, & censere. cum ergo Concilium Basiliense s. 21. late & distincte egerit, visum est extense illius decreta hic referre: vt iuxta se posita magis eluceant. nam Concilium Tridentinum s. 22. decreto de obseruandis in celebratione missæ. & s. 24. c. 12. s. 23. c. 1. & 14. s. 22. c. 16. §. nullus. can. quanta §. deinde s. 22. s. 21. c. 3. s. 22. c. 3. & alibi recitare opus non est: cum in omnium manibus magis versetur.

Gratius igitur Concilium Basiliense s. 21. officium diuinum facturos monet, vt, sicut qui Principem sæculi rogaturus habitu honesto, gestu decenti, prolatione non præcipiti, sed distincta, attentâ quoque mente, seipsum, ac verba studet componere; tantò diligentius in sacro loco omnipotentem oraturus Deum hæc omnia facere debeat. quomodo & Innocentius III. in c. dolentes. h. t. precipimus, inquit, in virtute obedientie, vs diuinum officium nocturnum pariter, & diurnum, quantum eis dederit Deus, studiosè celebrent, & deuotè. generalioribus quidè terminis, sed idem Concilium Basiliense specialius describit, quomodo clerici ad rem diuinam se debeant componere, quomodo peragere. vtique vt in cathedralibus, collegiatis ecclesijs, horis, inquit, debitis, signis congruâ pulsatione præmissis, laudes diuine maiestati per singulas horas non cursim ac festinanter, sed tractim, & cum

pausa decenti, præsertim in medio cuiuslibet versiculi psalmorum, debitam faciendo inter solemne, & feriale officium differentiam reuerenter ab omnibus perfoluantur.

Quoad habitum & mores; horas inquit, canonicas dicturi cum tunica talari, ac superpellitijs mundis, vltra medias tibias longis, vel cappis intratorum, & regionum diuersitatem, ecclesias ingrediantur; non capotia, sed almutias; vel bireta senentes in capite. qui cum in choro fuerint, grauitatem seruent, quam & loci & officium exigunt: non insimul aut cum alijs confabulantes, seu colloquentes, aut literas, & scripturas alias legentes, & cum psallendi gratia ibidem conueniant, muta aut clausa labia non teneant: sed omnes, præsertim qui maiori funguntur honore, in psalmis, hymnis, & canticis Deo atacriter modulentur: cum dicitur gloria Patri, consurgant: cum nominatur nomen gloriosum Iesus, caput inclinent. nemo ibidem, cum horæ in communi cantantur, legat vel dicat priuatum officium. Decanus, ve cui disciplina chori incumbit, diligenter inuigilet, ne quid inordinatè fiat, & transgressores mulcentur.

Quod pulsatis signis continendum dixerit consequenter specialius determinat, vt qui in matutinis ante finem psalmi venite exultemus; in alijs horis ante finem primi psalmi, in missa ante vltimum kyrie eleison vsque in finem diuino officio non interfuerit, nisi fortè necessitate cogente, ac petita & obtenta à præfidente chori licentiâ, discedere oporteat, pro illa hora absens censetur. saluis ecclesiarum consuetudinibus, si quæ fortè circa hæc arctiores existant. idem in his obseruetur, qui à principio vsque ad finem in processionibus non permanserint.

Eaque res vt executionem habeat, deputari iubetur aliquis, qui notet personas singulas statuto tempore non conuenientes; iuramento astrictus agere fideliter, & nulli parcere. & vbi singulis horis

3. Habitum & mores, cantum, psalmodiam.

4. Tempus.

5. Notarorè, distributiones.

certæ

1. Statuta canonibus, Concilio Tridentino, Basiliensi conformanda.

2. Quoad præparationem.

certas distributiones statuta non sunt, omnino etiam de grossis fructibus, si opus sit, deputari; vt, iuxta mensuram laborum, plus minusque quis capiat emolumentum, sublato abusu, quo in vna hora dumtaxat praesens totius diei distributiones usurparet: aut nomine dignitatis, officijue alicuius dumtaxat, qui non actualiter pro utilitate ecclesiae abesset, quotidianas distributiones perciperet.

6.
De Precibus extra chorum dicendis.

Interferit deinde qualiter extra chorum horae dicendae sint, vt, si orationes, inquit, suas Deo acceptas fore cupiunt, vt non in gutture, vel inter dentes, sive deglutendo, aut syncopando dictiones, vel colloquia, vel risu intermiscendo, sed sine soli, sine associati diurnum, nocturnumque officium reuerenter, et verbis distinctis peragant, ac tali in loco, vnde a deuotione non retrahantur, ad quam se disponere, et preparare debent: iuxta illud quod scriptum est, ante orationem prepara animam tuam: ne sis quasi qui tentat Deum.

7.
Discursibus.

Poenas exinde proponit illis, qui tempore diuinorum per ecclesiam, aut circa illam vagati fuerint, priuationis distributionis, non tantum illius horae, sed totius diei, mensis, aut grauiori; si priori non corrigantur. vt tumultuositas etiam discursibus diuina officia non turbentur. Regulares etiam, qui in conuentualibus ecclesijs circa praedicta excefferint, graui poena superiorum arbitrio castigantur.

8.
Tabula & descriptione officiorum.

Insuper, vt cuncta in domo Dei ordinate procedant, & quilibet sciat, quid sibi agendum imminet, statuatur, inquit, tabula aliqua continue pendens in choro, in qua quid per vnumquemque ex canonicis, vel alijs beneficiatis, in singulis horis, per hebdomadam, aut aliud tempus, canendum aut legendum sit, describatur, qui autem secundum quod illi descriptum fuerit, facere per se vel alium neglexerit, pro quolibet hora distributiones vnius diei amittat.

Quoad missae autem celebra-

tionem statuit, vt symbolum, praefatio, seu oratio dominica complete canentur, nec cantilenaes faculares admisceantur. neque missa etiam priuata sine ministro, aut praeter secretas orationes ita submissa voce dicatur, vt a circumstantibus audiri non possit.

Sed & prohibet, ne tempore missae maioris, praesertim diebus solemnibus Capitula seu actus canonicos celebrentur, nisi forte vrgens, & euidentis ingrueret necessitas.

Qui vero ad talem horam Capitulum indixerit, a distributionibus quotidianis per hebdomadam sit suspensus. neque ipsi canonici pro illa hora itas distributiones lucrentur.

Vetat denique ne spectacula in ecclesijs exhibeantur, aut quaecumque ludicra, quamuis speciem pietatis representantia; quibus homines ad cachinnationes moueantur. neue commensationes aut conuiuia fiant. iubet Ordinarijs, & ecclesiarum decanis, & rectoribus, sub poena suspensionis omnium prouentuum ecclesiasticorum trium mensium spatio, ne haec aut similia ludicra, neque mercantias seu negotiationes nundinarum in ecclesia, quae domus orationis esse debet, vel camiterio exerceri permittant. transgressores per censuram ecclesiasticam, aliaque iuris remedia punire non negligant.

Denique omnes consuetudines, statuta, aut priuilegia, quae suis huiusmodi decretis non concordant, irrita esse decernit.

Ad haec decreta, aliaque Pragmaticae sanctioni inserta scripta Cosmas Guismier, canones veteres conformes citauit superuenit Concilium etiam Trid. in locis praecitata, & quaedam constitutiones pontificiae. (de quibus egimus in lxx. pont. nou. anal. de cleric. non r. d. n. 27. De celebrat. missa n. 67. 4)

12. Arbitrio
diocelani
in forma
seruitij
cuiusque
prae-
scribenda.

in Ind. l. 3. c. 5. n. 7. vide latè Dia-
nam & citatos p. 2. t. 12. & 14. ubi
multis quaestionibus excutit etiam de-
creta Urbani VIII.) & circa diuina
officia, horas canonicas, & distri-
butiones satis conformiter statue-
runt. Praescriptum tamen tem-
pus quo adesse quemque oportet,
& seruitium quod praestare,
magis remisit Trid. l. 22. c. 3. ad iu-
diciu Ordinarij in verb. persona-
liter competens sibi seruitium iuxta for-
mam ab Episcopo praescribendam quoli-
bet die statuto non impleuerint &c. vt
in Synodo 1. & 2. prouinc. Me-
chlin. à Sede apostolica approba-
ta, ac alijs quaedam circa diuinum
officiu celebrandum, praesentiã
ac distributiones statuta sunt: quae
non verbotenus consonent cum
Basiliensi; vt illius clausula irritans
eatenus cesset, nec vbique recep-
ta erat: substantia tamen eiusmodi
decretorum, quatenus intacta
sunt, omnino est retinenda.

Et hic reminiscendum quod
Concilium Trid. l. 22. c. 3. decre-
uerit, vt clerici seruitium praestent
in re diuina, iuxta formam per
Episcopos praescribendam, adeo
vt quod in huiusmodi statutis
mutandum emendandumue dix-
erit, non obstante exemptione, seu
consuetudine immemoriali, pri-
uilegio, seu iuramento, sine diffi-
cultate recipiendum sit: cum eis
deroget d. c. 3. f. 22. Conc. Trid.

11. Praesertim
in Syno-
dis.

Id quod multò magis dicendum
est de ijs, quae Episcopi de diuino
cultu decreuerint in Synodis dice-
cesanis, ac multò maximè quae in
provincialibus, ac nominatim pro-
uinciali Mechliniensi an. 1607. à
Paulo V. probata: Breui dato 4.
kal. Maij 1608. in quo haec verba
leguntur: quemadmodum etiam hor-
tamur, atque Apostolica auctoritate,
quam à Deibeneuolentia licet immeriti
accepimus, iubemus, vt eius Synodi de-
creta omnia, quae ad sacrorum canonum
praescriptum omnes istius prouincia
Episcopos, omnesque eorum diocesanos
(nota) obstringunt; ab omnibus quam

diligentissime, & inuiolatè seruentur.
adeo vt & ipsi Ordinarij, super hac
re constituendo, contra illorum
formam ordinare non possint,
nec quicumque dicecesani iisdem
contrauenire.

Hiscè igitur omnibus iuxta se
positis, quam rectè singula ab
Episcopo mutata, emendata, pro-
bata sunt, facillè elucescet.

De immunitate ecclesiae.

RESPONSVM I.

Miles literas salui conductus
Principis discerpens an
asilo gaudeat?

IN constitutione Gregorij XIV.
super confugientibus ad loca
sacra extrahendis edita, exceptum
est crimen laesae Maiestatis. Miles
litteras securitatis, siue salui con-
ductus, discerpit, & pedibus con-
culcauit; cum praedabundo illi ru-
re opponerentur, procul dubio
reus est laesae Maiestatis. l. 1. D. ad
l. lul. maiest. Boer. decis. 179. VVes-
bec. in parat. D. ad leg. lul. maiest. &
quos ibi allegat, n. 4. Tuschus v. maje-
statis. concl. 7. n. 18. et & qui sta-
tuas, vel imagines Principis con-
uellit, & deiecit. l. non contrahitur.
l. qui statuas. l. famosi. D. ad leg. lul.
maiest. nihilominus dicendum est,
hunc militem gaudere immunita-
te. quippe non omne crimen laesae
maiestatis excluditur. vt in lur.
pont. nou. Anal. diximus tit. de im-
munit. eccles. n. 10. in fin. sed illud
solum, quod in personam ipsius
Principis commissum est. atqui
miles hic nihil in personam com-
misit, neque in ipsum Principis
contemptum primariò; sed petu-
lans, furens, praedabundus, & dolo-
re, quamuis improbo atque iniu-
sto, incitatus, quod per conductum
illu praedam sibi destinata amit-

1.
Reus est
laesae maie-
statis.

2.
Sed solum
maiestatis
in perso-
nam Prin-
cipis cri-
men asilo
priuat.

3.
Quale hic
non est.

S teret,